22

de qua dicit · Si tamen legem perficitis regalem secundum
scripturas · Diliges proximum tuum sicut te ipsum
bene facitis · Hoc ergo loquendo hoc faciendo
curate ut proximos diligendo a deo diligi mereamini
proximis misericordiam impendendo in divino
iudicio misericordia digni existatis · Aliter
sicut lex servitutis est quae data est per Moysen ·
ita lex libertatis gratia est evangelii · quae per ihesum
christum facta est · Sic ergo loquimini inquit et sic
facite sicut per legem libertatis iudicandi · hoc est
incipientes iudicari · Gravius namque iudicabuntur
qui legem Moysi · quam qui legem naturalem contempnunt ·
Gravius etiam qui agnitam evangelii gratiam ·
quam qui mosaicae legis edicta despiciunt · Omnem
cui multum datum est · multum quaeretur ab eo · et cui
commendaverunt multum · plus petent ab eo · Iudicium